



**Formularium Terminoru[m] seu Registorum Nouiter  
Jmpressum [et] eme[n]datu[m]**

**Rom, 1511**

De Deputatione curatoris ad lites.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70641)

## De Deputatione cu- ratoris ad lites.

**D**ie lune quinta mensis Maij. Comparuit ꝛc. dominus. **A.** principalis principaliter ꝛc. reuocationem. Et eidem domino auditori exposuit ꝛc. exponi fecit causam ad sui ꝛc. suorum instantiam contra quendam. **A.** de ꝛc. super bonis. **A.** ac alijs rebus in actis latius specificatis ꝛc. specificandis commissam fore ꝛc. coram eodem domino auditore pendere indecisam. Et cum ipse. **A.** principalis huiusmodi causam prosequi animo intendat sitqꝛ minor viginti quinqꝛ annis maior tamen. **xiii.** adeo quod legitime in iudicio stare non possit. Idcirco sibi de Curatore idoneo ad causas ꝛc. litem huiusmodi prouideri. **A.** nominans prouidum virum magistrum Thomam regis in Romana Curia causarum procuratorem ibidem presentem quem in curatorem ad causam ꝛc. litem huiusmodi deputari sibiqꝛ de illo prouideri per dominum auditorem prefatum debita cum instantia postulauit. Qui quidem dominus Auditor premillis auditis attendens postulationem huiusmodi fore iustam ꝛc. rationi consonam. Volensque indemnitati dicti. **A.** principalis minorennis consulere eidem. **A.** principali instanti ꝛc. petenti de prefato magistro Thoma procuratore ibidem presente ꝛc. onus huiusmodi cure in se sponte suscipiente tanquam curatore ad hanc causam sufficienti prouidit. Ipsumque magistrum Thomam in curatorem huiusmodi deputandum duxit ꝛc. deputauit. Recepto ab eodem magistro Thoma curatore iuramento quod ibidem ad mandatum ipsius domini auditoris. Et in eius manibus tactis per eum ob hoc corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta dei euangelia prestitit quod supradictam curationem siue cure officium seu mandatum iuxta informationem sibi desuper traditam ꝛc. collatam pro tempore fideliter ꝛc. legaliter defendet deducet ꝛc. exercerebit utilia dicti principalis sui ꝛc. huius cause procurabit ꝛc. dannosa euitabit. In lite ꝛc. causa huiusmodi pro eodem principali suo aget ꝛc. comparebit. Ipsum ꝛc. eius iura in omnibus ꝛc. per omnia defendet. In quibus omnibus ꝛc. singulis premillis tanquam rite ꝛc. legitime factis ꝛc. celebratis dominus auditor prefatus suam auctoritatem iudicialiam interposuit pariter ꝛc. decretum. **E.** De ꝛc. super quibus omnibus ꝛc. singulis ꝛc.

**E**tenoꝛ vero deputationi curatoris ꝛc. decreti interpositioni publica instrumenti vnde supra sit mentio sequitur ꝛc. est talis.

**I**nstrumentum habes in formulario instrumentorum sub verbo Deputatio.